



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

12. Diabolus ei per cognatum religiosum virum infidiatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

S.NICOLAI TOLENT. 9

Porrò in matricam ejus conjiciebant omnes aliquid, de suo quantumvis paupere penu: ut in lucro etiam multi deputarent, viro tam sancto quiddam impertire potuisse.

At verò non se deseruit hīc generis humani juratus hostis: sed ingeniosam sutelam texuit, quā rem omnem statim & facilē conficeret, atque minus cautum hunc tironem ab incepto tam sancto dimoyeret. Subornat quendam ejus cognatum, monasterii opulēti, quod propè ab urbe Firmanā tutelam habet sanctam MARIAM, cognomento Iacobi, Præsidem: qui pro affectu sanguinis condolere adolescenti, pro eminentiā religionis consulere etiam auderet, utrumque cum auctoritate. Ut ergo sub oculos ejus venit NICOLAVS; Quid hoc? ait. Ten' an umbram tuam teneo, ô sanguis meus, jam totus exsanguis? Qui tibi venit in mentem, amabo te, vitam inter ista hominum mendicabula eligere, & inediā insomniisque corpusculum tenellum ante tempus occidere? Mitiūs in æta-

I2.  
diabolus  
ei per co-  
gnatum  
religio-  
sum vi-  
rum infi-  
diatur.

A 5 rem

tem istam floridam consule, quam  
potius ad nos transfer, ubi ad vitam  
lautam, religiosam tamen, abunde  
omnia suppeditunt, ut non debeas  
precarior ex emendicata stipe vive-  
re, id est, diu mori. Quid ad hæc  
NICOLAVS? nullum omnino ver-  
bum. Sed, quia verebatur ab infer-  
nali incude venire hoc fulgetrum,  
exemplò in templum se confert, &  
cruci affusus, cælo se commendat:  
è quo videt illicò cælestes plenis  
agminibus Genios delabi, qui in  
geminos divisi choros, musicis mo-  
dulis turbarum illi animum serena-  
rent, suaviter & distinctim in hæc  
verba melos planè angelicum pan-  
gentes. Tolentini, Tolentini, Tolenti-  
ni erit finis tuus. In eâ vocatione, quâ  
vocatus es, permaneas: in eâ namque  
erit salus tua. Attulit ea symphonia  
NICOLAO cum solatio inusitatum  
gaudium, scrupulisque omnibus  
absolvit: qui illicò suum illum ma-  
lè conciliatum consiliarium dese-  
ruit, rediitque alacris ad pauperem  
suam cellam, & veterem austerioris  
vitæ rigorem.

I3.  
Cælesti  
vifo ani-  
matur.

Postil-